A. D. Habichhorst.

(H. Hierner.)


De

Dimone rivis Moabitici sanguinis augendo &c.

ex Jsai. XV. 9. juxta German. XVI. 9.


Rost. 1697.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

1,- 137

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 01058 2

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

PARTIS II.

ILLUSTRIORUM JSAIÆ LOCORUM

DISSERTATIO OCTAVA

DE

DIMONE

RIVIS MOABITICI SANGVINIS AUGENDO,

ET

LEONE

TAM EVADENTIBUS EXTRA PATRIAM, QVAM RESIDUIS IN ILLA MOABITIS IMMITTENDO,

Ex JSAI. XV. 9. juxta German. XVI. 9.

Qvam

AuxilianteDEO Homine & R. FCte THEOL. conſentiente,

PRÆSIDE

ANDR. DANIELE HABICHHORSTIO,

S. Th. D. ejusdemq; PP. & Conſiliario Duc. Mekelb. Conſiſtoriali, Collegiiq; Profeſſorum Ducalium ut & FCtis Theol. Seniore,

ad d. 2. Octob. A. 1697 publ. ventilandam proponit

HINRICUS HIERNER, Hols.

Roſtochii Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

INCLUTÆ CIVITATIS HOLSATICO-DANICÆ

WILSTRIÆ

DOMINI

CONSULES

ATQVE

SENATORES

GRAVISSIMI ac MERITISSIMI,

VIRI

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, SPECTATISSIMI ac PRUDENTISS.

DNN. FAUTORES ac PATRONI SUMMOPERE COLENDI!

NOn immeritò ſub initium Diſſertationis hujus Vos alloqvor. Dum enim favores & beneficium, qvo non ita pridem ſtudia ſublevare mea dignati eſtis, & fortè impoſterum relevare non dedignabimini, tum gratâ recolere memoriâ, tum confidenti plane animo deſiderare non fatigor, nos poſſum qvidem non de gratitudinis & fiduciæ erga Vos meæ monumento qvalicunqve ſtatuendo cogitare; qvò tamen gratior & confidentior memori animo debita horum Dei gratiâ fruitorum, allabitur æſtimatio, eò magis me reddendo imparem eſſe doleo. Interim tantillæ gratitudinis & obſervantiæ erga Vos meæ vicem qvæſo hanc Diſſertationem Exegetico-Theologicam, Ampliſſimis Nominibus Veſtris hic præſcriptis ornatam, iisqve ſimul conſecratã benigna fronte accipiatis ſtudiorumq; meorum curam gerere ampliorem ne fatigemini, qui pro incolumitate Veſtra Veſtrarumq; Domuũ & Civitatis veſtræ totius (cui laudabilibus conſiliis curisq; præeſſe & prodeſſe Veſtris non gravamini) toties Cœlum ſuſpiriis precibusq; fatigo, quoties beneficium recogito, cujus uſum qvotidie experior, & proinde ex merito ſum & demorior,

Ampliſſimorum & Prudentiſſimorum
Nominum veſtrorum Cultor
obſequioſiſſimus
HINRIGUS HIERNER, Weſſelsflöta-Holſ.

Scrib. Roſtochii
d. 25. Sept. 1697.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

De
Dimone rivis Moabitici ſanguinis augendo
&
Leone tam evaſoribus extra patriam, quàm reſiduis in Patria Moabitis immittendo.

QVod excidii Moabitici tum *Objectum* tum *effectum* Propheta Jſaias c. 15. deſcribat, & ad objectum illius excidii inter alia etiam *Civitates exſcindendas*, ut ſunt *Choronajim*, *Cheſchbon*, *Eleale*, *Jachza* aliosq; referat, ſuperiori Diſſertatione §. 2. in prolegomenis fuit relatum. Circa illas verò Civitates qvæſtio remanſit, à reſiduo Diſſertationis illius ſpatio excluſa, adeoq; jam ſub initium præſentis evolvenda. Nimirum non immeritò qværebatur numero V. qvomodo *Cheſchbon* & *Choronajim* aliæq; Civitates inter *Jardanem*, *Arnonem & Jabocum* fluvios ſitæ, & hîc apud Jſaiam c. 15. v. 4. & 5. ut & apud Jerem. c. 48. 32. nominatæ, ad Moabiticam referri excidiumq; illis in hoc Maſſa Moab denunciari terram qveat, cum illæ fuerint Jſraëliticæ Tribuiqve Ruben & Gad à Jhoſua aſſignatæ? Jhoſ. 13. 18. ſeqq. Ad hanc verò qvæſtionem reſpondemus diſtinguendo tempora, ſive diſtinguendo cum *B. Varenio* in Comment. Jſai. part. 2. h. l. p. 74. inter *primam*, *ſecundam*, *& tertiam* Moabitidis *Geographiam*. In prima & tertia hæ Civitates fuerunt Moabiticæ, non in ſecunda: in hac enim tranſiverunt ad Sichonem Emoræorum Regem & ab hoc ad Jſraelitas, qvod paulò pluribus exponendum. Qvod enim Cheſchbon aliæqve Civitates qvæſtionis in *prima* eademqve ante-Jſraelitica Moabitidis Geographia fuerint Moabiticæ, id

V ſatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

ſatis conſtat ex Num. 21. 26. Qvod verò in media Geographia eædem primò ad Regem Emoræorum Sichonem tranſiverint, ibidem pariter recenſetur: Qvicqvid enim inter Arnonem & Jabocum laticesqve Jardanis jacebat, ipſamqve adeo metropolin Regiam Cheſchbonem, paulò ante adventum Jſraëlis terram Cenaan ingreſſuri Rex Emoræus Sichon Moabitarum Regi prælio aufferebat; ſed diu illas ipſe non retinebat. Qvod enim deinceps, & qvidem paulò poſt victum Moabitam eædem interamnes terræ ab illo Sichone rurſus devicto ad Jſraelitas victores pervenerint, eodem cap. 21. Num. memoratur. Cum enim Edom & Moab Jſraelitis promiſſam gentium terram poſt qvadraginta in deſerto annos occupaturis, innoxios negarent tranſitus Jud. 11. 17. neq; ferro illos aperire propter interdicta Deut. 2. 4. 5. 6 8. 9. 10. 17. 18. Num. 20. 14. ſeqq. liceret, proptereaq; per Abarina jumenta & deſerta Moabitidis ab oriente finitima circumire tenerent Jſraëlitæ, tandem hi ipſi ad vada Arnonis & terminalem agrorum Mobiticorum vallem ſubſiſtentes, ad Regem Emoræum Sichonem pro tranſitu concedendo nuncios mittebant; Cũ vero Sichon Emoræus tranſitũ Jſraëlitis prohibiturus, armatâ illis manu ad civitatem Jachza (cujus & Jſaias noſter hîc cap. 16. v. 4 mentionem habet) occurreret, mox illi victores ex ſpeciali ſupremæ Majeſtatis autoritate, vi armorum, terras has interamnes, quondam Moabiticas, tunc verò non niſi Emoræas, à fluvio Arnone usq; ad Jabocum & usq; ad Ammonitas, & in illa metropolin ſedemqve Sichonis regiam *Cheſchbonem* cum filiabus occupabant vid. Num. 21. v. 13. 21. 23. 24. 25. 26. Deut. 2. 17. 24. Judic. 11. 20. ſqq. qvas deinde terras Jhoſua Dux Jſraelitarum Tribubus Ruben & Dan aſſignavit Jhoſ. 17. 17. ſqq. easdemqve

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

tamen occidatur à Leone h. e. novo malo opprimatur & pereat. Conſentit *Muſculus* Comment. in Jſai h.l. p. 257. dum ait: *Senſus eſt, auctarii loco adjiciam hoc mali ſuper Dimon, ut etiam, ſi qvi gladium iſthoc ſæviturum effugerint, incidant in Leones. Aliqvi explicant de additamentis cædis & ſangvinis &c. Hi reſpiciunt ad præcedens. Nos* (pergit idem) *qvod de Leone ſeqvitur, expoſitionem hujus habere judicamus, nempe iis, qvi evaſerint ex Moab & reliqviis terræ, Leones ſc. addam.* Hactenus ille. Qvibuscum & Hieronymus facere deprehenditur, qvi per *ſuperaddenda* habitatoribus civitatis Dibon (ceu loqvitur) id intelligi putat, qvod *nullum Diboni tis reliqvum ſit mortis effugium, ſed qvicunq; ſtudeant evolare nova occcurrant pericula & mortis occaſio.* Nec procul hinc abeunt alii, qvi plagam intelligunt *ſuper plagam* ſ. *extremam plagam*, qvæ dici potuit aliorum *plagarum additamentum*; qvæ verò illa ſit plaga, incertum eſſe dicunt. Imò & *Sanctius* Comment. in Jſai. h. l. p. 173. *certè*, inqvit, *ex ſcriptura nullum habemus, qvod invenire potuerim, vel tenue* (ſc. additamentorum) *veſtigium.* Ceterùm hi autores ex parte, inprimis Hieronymus, ſupponunt *Dimonem* h. l. eſſe çivitatem & qvidem *Dibonem*, qvod ſuprà ad præcedentem jam qvæſtionem eſt refutatum. Et ſi vel maximè per Dimonem Civitas intelligeretur, tamen iſta Hieronymi expoſitio non obtineret, qvia non ſolis illa Dibonitis competeret, ſed communis omnibus Moabitis eſſet; cum tamen Propheta hæc *additamenta* Dimoni, h. e. juxta Hieronymum Dibonitis, tanqvam propria minetur. De cetero obſtat illis *accentus Athnach* in voce qvæſtionis נוספות i. e. *additamenta*, qvi membrum ibi primum terminat diſertèque monet, ut

additamentorum hoc exemplum non in ſeqventi mem-
bro, nempe in Leone addendo, qværatur. Conſentit
B. Varenius, qvi l.c. p. 79. fin. *non probamus*, inqvit, *qvi*
ſecant verſum ita, ut diſtinguant membrum primum ad Sa-
kephkaton & ut ſeqventia faciant membrum ſecundum, & ille
אריה *ſ. Leo ſit exemplum illarum* נוספות *ſ. additamentorum. Obſtat limes.* Hactenus ille. Proinde &
nos verſum hunc ita ſecamus, ut ad vocem נוספות i. e.
additamenta prius membrum diſtinguamus adeoqve
additamenta non ad ſeqventia ſive ad Leonem; ſed ad
præcedens, tanqvam rationem præmiſſæ propoſitio-
nis, de *aqvis rivi* jam dicti *ſanguine implendis*, referamus.
Qvibus jam probatis & præſuppoſito etiam ſuprà, per
Dimonem non intelligi civitatem ſed rivum, & qvidem
illum, qvem Propheta Eliſæus, 2 Reg. 3. pro caſtris tri-
um Regum, contra Regem Moab pugnantium, refici-
endis miraculoſè aqvâ, ex via *Edom* i. e, *rubri* veniente,
repleri curavit, qviq; non tantùm apparenter ex colo-
re Solis manè orientis, ſed ex Moabitarum qvoq; à Re-
gibus iſtis cæſorum ſangvine revera viſus eſt *rubere*, non
obſcurum manet, qvænam hæc ſint *additamenta ſuper*
vel ad *Dimonem ponenda*. Scilicet qvoniam his, qvæ
in qvæſtione ſunt, verbis (*qvia ponam ſuper Dimon additamenta*) ratio præmiſſæ propoſitionis de *aqvis* rivi *Dimonis ſanguine replendis* ſubjicitur, qvod particula כי i. e.
qvia arguit (qvæ ordinariam ſignificationem nempe
cauſalem qvò minùs hîc retineat, nihil obſtat) & voca-
bulum נוספית (qvod eſt fœm. plur. Participii Niphal, à R.
יסף *addidit, auxit*) per Neutrum *addita, addenda, additamenta, augenda* eſt exprimendum (ſiqvidem apud Ebræ-

os Neutrum per fœmininum & nonnunqvam per maſculinum exprimi ſolet) hinc talis naſcitur verborum qvæſtionis de add tamentis ſenſus ſic ſatis commodus: Aqvæ Dimonis rivi replendæ ſunt ſanguine: qvia dicto illi rivo Dimoni, olim tum à Solis ortu tum à Moabitarum ſanguine rubenti, novum jam omen novasqve cauſas, cur meritò fluvius hic nominetur Dimon h. e. ſanguineus, ſupperaddam, & augebo ſic Dimonem; vel: quia, qui Dimonem olim ſanguine Moabitarum à Regibus Jhudæ, Jſrael & Edom cæſorum inficere cœpi, nunc eidem Dimoni plus addam, eundem ſanguine Moabitarum in excidio inſtanti occidendorum tanqvam novis canalibus augendo. Hæc igitur ſunt illa *additamenta.*

§. 6. A *Dimone*, ex priori membro vel propoſitione loci hactenus ſpectato, progredimur ad *Leonem*, poſteriori ejus membro occurrentem, circa qvem adeo nunc III. qværitur, *utrum hæc poſterioris membri vel propoſitionis verba:* מואב אריה, *reddi poſſint* per: Moab des Löwen/ *adeoq; ſtent in regimine*; an verò ita: die Löwen Moabs? an deniqve aliâ gaudeant conſtructione aliaq; interpretatione ſint beanda? Lutherus certè noſter prius qvidem in verſione German. admittit, ita reddens: Dazu will ich über Dimon noch mehr kommen laſſen/ beyde die erhalten ſind in Moab des Löwen; poſterius verò in gloſſa marginali Germanica legitur: Die Löwen Moabs heiſſt er die groſſen Hanſen/ will ſagen/ daß beyde Herren und Unterthanen/ ſo überbleiben/ ſollen noch mehr Unglück haben. Ceterum fons Ebræus ab utraqve ſententia diſſidere deprehenditur, ad qvem tamen

men *recurrere, & juxta illum de verſionibus & controverſiis judicare*, adeoq; de *fonte magis qvàm de rivulis ſcientiæ veritatem qværere* tenemur, uti hîc *Jus Canonicum* in Decreto laudabiliter contra ipſosmet Pontificios, verſionem Vulgatam fonti Ebræo præferentes, ex Hieronymo docet *c. jejunium 7. diſt. 76.* item ex Auguſtino (ſi Rubricæ fides habenda; rectiùs verò ex eodem Hieronymo, id qvod recens emendator Gregorianus obſervat) *c. ut veterum. 6 diſt. 9.* Certè enim ſi priori interpretamento verſionis Germanicæ in Moab des Löwen / locus eſſet, tum (1.) מואב utpote juxta verſionem vox conſtructa, non haberet *Kamez* ſed *Patach* (2.) eadem accentu conjunctivo *Munach* ſignaretur & præf. ב haberet (3.) Vox præcedens in ſtatu abſoluto fuiſſet formanda, & qvidem h. m. לִפְלֵיטָה, בְּמוֹאַב אריה Nunc verò omnia contrario ſe modo & qvidem ſic habent: לִפְלֵיטַת מוֹאָב אַרְיֵה: adeoq; (1.) vox מואב habet Kamez, & (2.) per acc. diſtinctivum, Ducem *Paſchta*, à ſeqv. voce אריה i. e. *Leone* diſtinguitur nec præfixũ habet & præterea (3.) cum præcedente vocabulo לפליטת i. e, *evaſore* conſtruitur, qvod ejusdem vocabuli tum ſtatus conſtructus tum accentus qvoqve conjunctivus *Mapach* commonſtrant. Si verò poſterior interpretatio gloſſæ (Die Löwen Moabs) obtineret, tunc ſanè vox אריה h. e *Leo* præponenda eſſet talisq; ſitus & accentuatio אַרְיֵה מוֹאָב reqvireretur. Nunc verò contrà vox אריה i. e. *Leo* poſtponitur & vox *Moab* præpoſita cum præcedente conſtruitur & accentuatio longè aliter ſe habet: proinde & longè alia interpretatio vocum

qvæſti-

qve iidem Jſraelitæ per tempora Judicum, præprimis Jiphtachi (vid. Judic. 11. 13. 25. 26. 33. ibiqve notetur jus belli à Jiphtacho contra Ammonitas pro terra hac ſuſcepti) & per tempora Regum qvorundam Jhudæ & Iſrael retinuerunt. Siqvidem & regnum Moab, debellatis ſub Davide Moabitis, feudum Jhudæ factum eſt, 2. Sam. 8. 2. qvanqvam deinceps factâ decem tribuum à Jhuda ſeparatione, Moabitæ regno Iſraêlis, propter continentiam terrarum ſuarum & regni Iſraelis, adhæſerunt, cui & Rex Moabitarum Meſcha adhuc tempore Achabi Regis Iſrael tributum ſolvit 2. Reg. 3. 4. 27. qvi tamen Achabo hoc defuncto defecit, ibid. v. 5. Unde mox bellum inter Jhoramum Achabi filium (cui Rex Jhudæ Jhoſaphat & Rex Edom ſuppetias ferebant) & inter Moabitas ortum, horumqve maxima ſtrages & calamitas ſubſecuta, ibid. v. 5. qvorum occaſione veterem Majeſtatis ſplendorem ſectati Moabitæ, antiqvos ſibi terminos, qvibus in prima Moabitidis Geographia ante Sichonem Emoræum gaudebant, terras ſcilicet has interamnes, qvarum metropolis Gheſchbon, ſibi vindicarunt, uti judicat *B. Varenius* l. c. p. 66. vel etiam tunc, qvando regnum Iſraëlis tempore Chiskiæ pientiſſimi Regis Jhudæ, abductis à Schalmanaſſare Aſſyrio decem tribubus cum Rege Hoſea, diſſolutum eſt, 2. Reg. 18. 9. 10. Moabitæ terras haſce urbesqve qvæſtionis, olim ſuas ſuisqve vicinas rurſus occuparunt, uti cenſet *B. D. Seb: Smidius* in Comment. Jer. ad c. 48. Atqve ita rurſus in tertia Moabitidis Geographia, interamnes hæ civitates, Gheſchbon, Choronajim &c. ad Moabitas ſpectarunt. Unde eſt, qvod illis etiam Civitatibus in Maſſa Moab tam Jſaiano qvàm Jeremiano, unà cum Civitatibus cis Arnonem horribile excidium denunciatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

§. 2. Hactenus de qvæſtione, qvæ Diſſertationis nuperæ ſpatio excludebatur & ad *excidii* Moabitici *objectum* ſpectat, qvod inter alia ſunt Civitates *Choronajim*, *Cheſchbon &c.* Ad *effectum* verò excidii illius referri tum miſerabilem *ejulatum* tum *fugam*, in prolegomenis præcedaneæ Diſputationis fuit annotatum. Qvemadmodum verò ſuperiori Diſputatione *modum* ejulatus Moabitarum in excidio fugientium expoſuimus, eumqve boatui *juvencæ triennis* à fœtu fugatæ ſimilem fuiſſe oſtendimus: ita jam *rationem* qvandam *ejulatus*, poſt alias verſu 5. membri poſterioris, item v. 6. & 7. deſignatas, ex ſeq. verſu 9. eodemqve capitis ultimo viſuri ſumus, qvæ in eo conſiſtit, qvod *cædes Moabitarum* futura ſit non tantùm *horribilis*, ita ut Dimon rivis Moabitici ſanguinis ſit replendus atqve ita augendus: ſed & *univerſalis*, ita ut nullus *ſuperſtes* ſit futurus, ſed tam *evaſoribus* ſ. profugis, qvàm *reſiduis Leo ſit opponendus* ſive immittendus, uti ex ſeqventibus Prophetæ verbis eluceſcit: כי מי דימון מלאו דם כי אשית על דימון נוספות לפליטת מואב ולשארית אדמה: i.e. *qvia aqvæ Dimon repletæ ſunt ſanguine, qvia ponam ſuper Dimon additamenta. Evaſoribus Moab Leo (erit) & reſiduis terræ.* Ubi potiſſimùm verſio Lutheri ſic habens: Dazu will ich über Dimon noch mehr kommen laſſen/ beide über die erhalten ſind in Moab des Löwen und über die übrigen im Lande / lectori ſcrupulum injicit, ut lectionis curſum ſiſtat qværatqve, qvid per *Moab Leonis*, uti Lutherus reddit, & per *ſervatos in Moab Leonis* intelligantur, atqve adeo qvis verborum: לפליטת מואב אריה genuinus ſit ſenſus? Utrum voces *Moab* & *Leo* ſtent in regimine, adeoqve rectè reddantur: Moab des Löwen; an die Löwen Moabs/ juxta gloſſ. Germ. ? an vero aliâ conſtructione in fonte

gau-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

gaudeant &c. Ut verò huic etiam loco paulò obſcuriori lucem qvandam fœneremur, utramq; ejus propoſitionem tam de *Dimone*, qvàm *Leone*, paulò diſtinctiùs conſideraturi ſumus. Et prioris qvidem propoſitionis *ſubjectum* eſt *Dimon* ſ. aqvæ Dimonis; *prædicatum*: ſanguine ſunt replendæ. Cui propoſitioni ſubjungitur hæc ratio: *qvia Deus ſuper Dimon ponet additamenta*. Poſterioris v. propoſitionis *ſubjectum* eſt *Leo*; *prædicatum*: evaſoribus Moab & reſiduis terræ ſc. erit ſ. immitetur. Unde jam ſeqventes nobis qvæſtiones ad h.l. veniunt evolvendæ: (1) qvis *Dimon*, de qvo Propheta hîc prædicit, qvod aqvæ ejus ſanguine ſint replendæ? (2.) qvid ſibi verba velint, qvæ propoſitioni de Dimone ſubjiciuntur, atqve adeo qvid נוספות ſ. *additamenta ſuper Dimon ponenda*, ſibi velint, & utrum *additamenta* hæc præcedens de *Dimone*, an ſeqvens verſus membrum de *Leone* reſpiciant? (3) an poſterioris membri vel propoſitionis verba מואב אריה cum B. Luthero reddi poſſint: *Moab Leonis* ſive Moab des Löwen / adeoq; ſtent in regimine? an v. reddenda juxta gloſſ. fuerint: Die Löwen Moabs? an verò hîc alii prorſus conſtructioni & interpretationi juxta fontem ſit locus? (4) qvis per *Leonem* h. l. intelligatur? & (5) quid de illo hîc Leone prædicetur, atq; adeo qvis verborum לפליטת מואב אריה ולשארית אדמה qvæ de Leone hîc prædicantur, genuinus ſit ſenſus? Qvibus de *ſenſu* loci evolutis tandem qvoq; *uſus* annectetur.

§. 3. Ad qvæſtionem I. qvis *Dimon*, cujus aqvæ hîc dicuntur repletæ vel rivis Moabitici ſangvinis augendæ? qvod attinet, *Sanctius* in Jſai. h.l. p. 173. qvia Vulgatum ſequitur, qui cum LXX. locum ita vertit: *qvia aqvæ Dibon repletæ ſunt ſangvine*, exiſtimat *Dimon* fuiſſe *civitatem* aqvis irriguam, aliàs *Dibonem* dictam, ceu Jeremias

 c. 48. 18

c. 48. 18. indicat dicens: *Sede in ſiti habitatio filiæ Dibon*, q.d. juxta Sanctium: *areſces ô civitas, licet aqvâ jugi luculenter affluens*, qvia non erit poſtea, qui ad agros & hortos illam derivet. Similiter *Muſculus* Comment. in Jſai. h. l. p. 257. *Dimon* inqvit, *non eſt fluvius, ſed civitas Tribui Gad deputata.* Eodem & *Lutherus* tendere videtur, dum ita reddit: Die Waſſer zu Dimon ſind voll Bluts. item D. *Seb. Smidius* Com. in Jſa. p. 153. ubi h. l. ita [illegible]: *Nam magis affligam Dimonem, qvàm alia loca, ita ut nemo hîc loci evadat.* Hieronymus qvoq; ad h. l. dicit: *Unam hanc urbem vocari & Dimon & Dibon, idq; non eſſe corrigendum*, ne error admittatur, idemq; vocem *Dimon* interpretatur *ſilentium*; *Dibon* v. *fluidum*. Contrà *Muſculus* l. c. *incertum* eſſe ait, *an una eademq; ſit civitas.* Alius in *Anglic. Annotationibus* putat, *Dibonem*, cujus præcedente verſu 2. ap. Jſai. fit mentio, hîc v. 9. vocari *Dimonem*, mutatâ literâ b. in m. (uti in *Merodach* pro *Berodach* Jſa. 39. 1.) à *copia ſanguinis* in eo fundendi. Ceterùm non temerè talis literarum mutatio eſt ſtatuenda. Neq; ſeqvitur: præcedente v. 2. apud Jſaiam & c. 48. 18. apud Jeremiam, (addo v. 22.) nominatur civitas Dibon: Ergo Dimon hîc v. 9. mutatâ literâ eſt Dibon. Neqve etiam Sanctiana loci Jerem. 48. 18. interpretatio: *Sede in ſiti Dibon q. d. areſces ô Civitas, licet aqvâ jugi affluens*, quadrat. Nam *ſedere in ſiti* rectiùs exponitur vel per *habitare* vel *eſſe* in *deſerto*, ceu dicitur præced. v. 6. eritis ut myrica in deſerto, q. d eritis deſerti & ſolitarii; vel per *ſedere in captivitate*, ubi ſitis, fames, omniumqve bonorum defectus q.d. non tantùm eris ignominioſa ô Dibon, ſed & rebus neceſſariis in excidio egebis, juxta Vatablum in notis ad Bibl. Contrà *Calvinus* in Comment. Iſa. h. l. p. 137. aliique interpp. infrà citandi ſtatuunt, *Dimonem* eſſe *fluvium* ſ. ri-

vum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

qvæſtionis ex fonte eſt formanda, qvam reſponſio ad qvæſtionem jam ſuccedentem declarabit.

§. 7. Qværitur enim IV. qvid per *Leonem* h. l intelligatur? Juxta gloſſam qvidem Germanicam, ceu dictum, per Leonem denotantur *Magnates* Moabitarum, die Löwen Moabs / die groſſen Hanſen / q. d. beide Herren und Unterthanen / ſo überbleiben / ſollen noch mehr Unglück haben; at verò ex præcedente jam qvæſtione innotuit, vocem *Leonis* Gentilitio nomini *Moab* poſtponi, neq; Leonem cum Moab conſtrui, ſed ab eodem potiùs diſtingui. Igitur per Leonem non Magnates Moabitarum, ſed potiùs *ſupplicium* h. l. deſignari dicimus, qvod non Magnatibus & ſubditis, ſed לפליטת מואב h. e. *evaſoribus* ſ. profugis Moabitarum ſimul ac לשארית אדמה i. e. *reſiduis in patria* Jſaias minatur; qvanqvam non negamus, etiam Magnates qvosdam tam inter evaſores ſ. profugos, qvàm inter reſiduos reperiri potuiſſe.

§. 8. Sed ulteriùs hic qværitur, *qvalis Leo* hîc *ſupplicii loco* evaſoribus & reſiduis Moabitarum *immittendus* denuncietur? Nonnulli referente *Muſculo* in Comment. Jſai. h l. p 257. & *B. Varenio* in Comment. Jſa. part. 2. h. l. p. 79. per Leonem hunc intelligunt *Leonem, Metaphoricum*, nempe *Nebucadnezarem*, Babyloniorum, Regem, terram Moabitarum crudeliter devaſtaturum ut ſenſus ſit: Non ero hac ultione contentus, ſed addam adhuc alteram, effecturus, ut, qvi manus Aſſyriorum evaſerint, incidant in hoſtem longè ſæviorem, nempe Nebucadnezarem, potentiâ & ſævitiâ Leonem. Utut verò Scripturis non ſit inſolens neq; à communi Rhe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

Rhetorum uſu alienum, Reges terrarum, propter potentiam & hinc ortam ſæpe crudelitatem & iniqvitatem erga minus potentes, *Leoni* aliisqve animalibus præſtantioribus comparari: qvomodo idem Nebucadnezar ap. Ezech. c. 17. 3. vocatur *Aqvila*, & ap. Jerem. 4. 7. appellatur *Leo, gentium prædo ab Aqvilone adducendus*: Siqvidem & Regum inſignia hinc Aqvilarum atqve Leonum imaginibus fulgere videmus. Qvod verò hîc minimè conveniat, per *Leonem* intelligi dictum jam Babyloniorum Regem, vel inde clareſcit, qvod Nebucadnezar non tantúm evaſoribus & reſiduis Moabi, uti h. l. prænunciatur, ſed toti Moabitarum regno futurus eſſet Leo. Rectiùs ergo per *Leonem* intelliguntur collectivè *Leones*, uti Jerem. 5. 6. Et iterum per *Synecdochen* qvælibet *feræ & dentes ferarum*. Conf. *Glaſſii Phil. S. l. 3. Tr. 1.* can. 22. Qvalem certè pœnam, nempe *feras & dentes ferarum*, diſertè impiis minatur Deus per Moſen Lev. 26, 22. & Deut. 32. 24. Exemplum verò pœnæ illius inter alia exhibet hiſtoria, tum Eliſæi Prophetæ, tum gentium ex Aſſyria in civitates Samariæ à Schalmanaſſare miſſorum: in illa enim *Urſorum* dentes dilaniaſſe pueros Prophetam convitiantes; in hac verò *Leonum* dentes occidiſſe gentes Deum non timentes perhibentur, 2. Reg. 2. 24. & c. 17. 25.

§. 9. Qvibus ita ſe habentibus, reſponſio ad qvæſtionem, qvæ reſtat, V. *qvid* ſcilicet *de Leone hic prædicetur, & qvis* adeo verborum horummet לפליטת מואב אריה ולשארית אדמה (qvæ h. l. de Leone prædicantur,) genuinus ſit ſenſus? in proclivi erit. Ut verò evadat proclivior, notanda priùs ſeqventia erunt, & qvidem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

dem(1) פליטת i.e. *evaſionem* ,abſtractũ ſive ſubſtantivum, à Rad. פלט *evaſit*, hîc poni pro *evaſore* , concreto , per Ebraiſmum, de qvo vid. *Glaſſ. Phil. S.* l. 3. Tr. 1. Can. 7. & prætorea ſingulare pro plurali *evaſoribus* Vid Glaſſ. l. c. can. 22. i. e. illis qvi fugerunt ab hoſte extra terram Moabitarum patriam , effugituri pœnam excidii, ſicut & שארית ארמה i. e. *reſiduus* terræ pro *reſiduis* ponitur, h. e. in terra illa Moabitarum patria ſuperſtitibus. (2.) *ſubintelligi* verbum ſubſtantivum *erit*, h. m. *evaſoribus (erit) Leo*, vel *repeti* ex præcedente inciſo membri prioris verbum אשית i.e. *ponam* ſ. *diſponam, opponam, immittam*, Leonem. Deniq; (3.) in poſteriori poſterioris membri inciſo *repetendum* eſſe nomen אריה ſive *Leonis* , qvalis repetitio in ſcripturis perqvam eſt freqvens , ſicuti ad præced. locum Jſai. 16. 5. pluribus id oſtenſum . His ita prænotatis, ſenſus verborum hic emergit ſatis commodus : *Evaſoribus* (profugis extra patriam) *Moabitis* erit *Leo* (opponam ſ. immittam Leonum dentes) & (*Leo* erit, ſ. Leonem immittam) *reſiduis* terræ (in *terra* patria ſuperſtitibus) q.d. cædes in excidio hoc non tantùm juxta prius verſiculi hujus membrum erit *horribilis*, ita ut *aqvæ Dimonis ſanguine* occiſorum *Moabitarum ſint replendæ*, atqve ita rivis qvaſi novis augendæ , rivusq; Dimon verè ſanguineus ſit futurus : Sed & juxta poſterius membrum *univerſalis* , ita ut nullus ſive extra patriam *evaſerit* h. e fugâ excidium effugerit ſibiqve ſalutem qværere voluerit , ſive in terta patria *reſiduus* manſerit, ſuperſtes ſit futurus, ſed tam *evaſores* illos extra patriam , qvàm *reſiduos in patria feræ* ſint dilaniaturæ.

§. 10

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

§. 10. *Senſum* loci hactenus indagatum excipit *uſus*, qvi graviſſimæ DEI erga impios iræ argumentum nobis ſiſtit, ut hinc non tantùm *diſcamus*, qvod impius, qvando hoſtium manus evaſit, in aliud non minus, imò & gravius diſcrimen incidat, unde liberari non poſſit. Eòdem tendit Jeremias c. 48. 44 contra eosdem Moabitas tale judicium proponens: *Qvi fugerit à facie pavoris, cadet in foveam, & qvi adſcenderit de medio foveæ, capietur à laqveo,* Conf. & Amos. 5. 19. Exemplum hujus vindictæ olim quidem Paulus judicabatur Act. 28. 3. qvaſi ex naufragio liberatus in beſtiam planè venenatam incideret. Ajebant enim: *Ultio hunc vivere non ſivit*; aſt revera non erat. Sed & hinc *admoneamur*, ut, effugituri tam horribilem DEI vindictam veriqve *evaſores* futuri, maturè ſeriòque pœnitentiam agamus, fideque indubitatâ divinæ nos gratiæ in Chriſto committamus. Qui enim ſub umbris illius gratiæ in perpetua vivunt pœnitentia & in fide perſiſtunt indubitatâ, licet gravioribus nonnunquam periculis impetantur & ſubinde à ſuperbis & ſycophantis, Satanæ propugnatoribus, affligantur, imò & hoſtium laqueis tantum non obſtruantur; illæſi tamen evadunt: ut ſcilicet appareat, illos *evaſores* non humano qvodam ſed divino protegi præſidio; id quod exempla Joſephi, Davidis, Danielis aliorumq; piorum in ſcripturis paſſim oſtendunt, & experientia nonnunquã mirè commonſtrat.

vum celebrem & magnum. Nam verba Jſaiæ h. l. de
Dimone aliter ſonant ac verba Jeremiæ de Dibone: Hic
enim de Dimone loqvitur ut de fluvio, ſiquidem dicit: *aqvæ
Dimon replendæ ſunt ſanguine*, ſcil. occiſorum.

§. 4. Sed quæritur jam ulteriùs, *qvinam hic fluvi-
us* per Dimonem indigitetur? Reſp. Plerorumque inter-
pretum conſenſu, nempe *Junii, Grotii*, *Piſcatoris* & *B. Va-
renii* in Comment. Jſa. part. 2. p. 79. Dimon eſt rivus in fi-
nibus Moab, ab Ebræo דם h. e. *ſanguis* ſic dictus q. d. *ſan-
gvineus*, & quidem הנחר ſ. rivus ille, quem Propheta Eli-
ſæus, ſanctiori Regis Jhoſaphati προσωποληψίᾳ excitus, &
per fidicinem, ſanctum epos perſonantem, à perturbati-
onibus propter præſentiam idololatrici Regis Jhorami ad
cœleſtes meditationes elevatus, aqvâ olim miraculoſè re-
pleri curabat, pro reficiendis trium Regum caſtris, ſc. Jho-
ſaphati Jhudæ, Jhorami Iſraelis, & innominati Regis E-
domi, qui contra Moabitarum Regem *Meſcha* præced.
§. 1. citatum, à Jhoramo Rege Iſraelis deficientem, exer-
citus ducebant, vid. 2. Reg. 3. qui rivus, quia aquæ ejus
non tantùm miraculosè ▭ ארום מדרך h. e. *è via Edom* in
terram Moab veniebant, prout diſertè dicitur v. 20. h. e.
ab illa parte, qua in terram *Edomi* i. e. *Rufi* itur: ſed & ex
colore orientis primùm ſuper aqvas *Solis*, ad inſtar ſangui-
nis *rubentes*, Moabitis in terminis regni ſtantibus primoq;
manè ſurgentibus apparebant, ita ut hi *rubedinem* aqva-
rum intuiti, mutuam inde Regum ſibi adverſantium cæ-
dem interpretarentur, ſtatìmque ad prædam conclama-
rent; quanquam mox apparentiâ ſe falſas eſſe experie-
bantur. Vid. l. c. v. 21. 22. 23. Imò quia & rivus hic ſangui-
ne Moabitarum à tribus his Regibus tunc cæſorum verè
viſus eſt *rubere*, nomen is *Dimonis* i. e. *ſanguinei* jure ſibi
ſuo

ſuo vendicat; ut adeo in vocibus Ebræis *Dimon* & *Dam* i.e ſanguis, alluſio videatur notanda, quaſi diceret Deus per Jſaiam: eundem rivum Dimonem denuo ſanguine Moabitarum ſum tincturus adeoque Dimonem i. e. rivum ſanguineum (den Blutſtrohm) dehinc verum Dimonem ſum facturus, Ich will ihn zu einem rechten Blutſtrohm machen.

§. 5. Proinde cum ex dictis jam innoteſcat, *quis Dimon* vel aquæ Dimonis ſint, de quibus hîc Propheta dicit, quod ſanguine ſint replendæ, jam II. quæritur, quid ſibi hæc verba velint, quæ propoſitioni de Dimone jam expoſitæ rationis loco ſubjiciuntur: *qvia ponam ſuper Dimon additamenta*, atque adeo quid per נוספות ſ. *additamenta ſuper Dimon ponenda* intelligatur, & utrum hæc additamenta præcedens verſus membrum, an verò ſeqvens reſpiciant? Sunt enim nonnulli, qui nonum hunc capitis verſum ita ſecant, ut membrum prius ad Sakephkatonum in voce דם i e. *ſanguine* diſtinguant & ſiſtant, adeoque hæc נוספות ſ. *additamenta* ad ſeqq. referent, & exemplum illorum additamentorum faciant *Leones*, in ſeqv. membro prædictos & tam evaſoribus, quàm reſiduis immittendos. Quibus ſanè *Lutherus* etiam noſter favere videtur: Denn die Waſſer zu Dimon ſind voll Bluts. Dazu will ich über Dimon noch mehr kommen laſſen/ beyde über die erhalten ſind in Moab des Löwen / und über die übrigen im Lande. Similiter *B. D. Seb. Smid.* Comment. in Jſai. p. 153. additamenta hæc de additamentis malorum exponit, eademqve ad ſeqvens membrum refert, ita ſcribens: *Verba, ponam enim ſuper Dimon additamenta, accipimus de additamentis malorum q. d. nam magis affligam Dimonem, qvàm alia loca, ita ut nemo hîc loci evadat; ſed ſi qvis hoſtem evaſerit,*

tamen

COROLLARIA RESPONDENTIS
De
ANGELIS
qvorum feſtum his diebus celebratur.

I.

CReationis Angelorum dies apodictice ſciri neqvit, & fruſtra pro eo locus objicitur 1 Job 38. 47. ubi eras, cum me laudarent aſtra matutina & clangerent omnes filii Dei?

2. *Loco 1 Jobi citato per* aſtra matutina *angeli non corpora cœleſtia; neq; per* filios Dei *aſtra, ſed Angeli ſpiritus utrobiq; intelliguntur.*

3. *Angelos malos à Deo creatos eſſe probat Epiſt. Jud. v 6*

4 *Poſito ſed minimè conceſſo, qvod Dan 4.14. per* vigiles & ſanctos (*cum dicitur*: in decretis vigilum verbum & in ſermone ſanctorum rogatio) *non inteligantur tres S. Trin. perſonæ, ſed angeli Spiritus, vel Deus cum angelis ſententiam de pœnis Nebucadnezaris ferentes; non tamen inde ſeqvitur, Deum communicato cum angelis conſilio Gen. 1, 26. hominem produxiſſe.*

5. *Pro adoratione angelorum, in ſuperſtitioſo Papatu proh! recepta, Pontificii Angelolatræ fruſtra allegant locum 1 Job 33. 23. ſiquidem ipſi illum perperam de* angelis ſpiritibus *interpretantur; rectius verò contra Socios eundem de* angelis Eccleſiaſticis *intelligit Bolduccius Capucinus Pariſinus; rectiſſimè verò nos de angelo increato, apud Deum advocato noſtro, interpretamur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058

Ad
Eximium plane Clareq; doctum Dn. HIERNERUM,
Nuperrimè in Collegio Theol. diſputatorio, ſuper Form. Concordiæ & controverſias Antiſyncretiſticas, proximèq; in ſimili Collegio ſuper Confeſſionem Auguſtanam, Auditorem & Reſpondentem ſingularîter induſtrium,
Tertiùm jam publicitus diſputaturum.

H*icce virens* evadat *herus*, dominetur *hic in re!*
Sic Tibi tranſpoſitum † nomen, Amice, vovet.
Nec dubium, voto quin pondus ineſſe daturus
Sit Deus, & ſpecimen ſpem facit hocce novam:
Spem ſtudium pernix & mens pietate coruſcans
Auget. Utrumqve pio gratulor ore decus,
Patronosqve ſimul faciles precor atqve benignos:
Ut *vireas* † per Eos *reqve* creeris *herus*,
Talis herus, qui ſervus HERI CHRISTIve Miniſter
Sit ſimul, at Domini non dominetur * Ovi; * *1. Pet. 5. v. 3.*
Aſt humilisqve typusq; gregis fidusqve probusqve,
Talis oves, carni qui dominetur, *herus*:
Qvalis *herus* Dominis terræ dominatur, & *in re*
Æternùmq; Deo dante, *virebit herus*,
Cum voces Domini tales audiverit olim:
Intres in Domini gaudia, † ſerve, tui, † *Matth. 25. v. 23*
Gaudia, qvæ Dominis ſecli carnisqve miniſtris
Non dantur, capiet talis, *ovabit herus*:
Immarceſſibilem, Chriſto redeunte,* coronam *1. Pet. 5. 4*
Accipiens, *in re* talis *ovabit herus*

† *Hiernerus*, Anagr. *in re herus.*
Heinricus Hiernerus:
Hic virens in re herus. *LMq.*

A. D. HABICHHORST, D.

§(o)§

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-137 4° 1058